

Prefationis misse

15

virtutis (Adorant) cultum patrie exhibentes. Dominatio-
nes. Angeli scz subiectis spiritibus dominantes. eis preci-
cipiendo. 7 ad sua ministeria fm patris voluntatem dirigendo
Tremunt potestates. id est angeli potenter aereas potesta-
tes scilicet demones cohercetes. Tremunt maiestatis pote-
tiam. non motu formidinis. quia in beatitudine firmati: sed
admiratione magnitudinis. 7 obedientia ac pmptitudine
famulationis. **Celi materiales.** 7 virtutes celorum influxive
in illa inferiora. quibus inferior mundus regitur. illuminat
fecundatur 7 ad operationes suas disponitur **Ac beata sera-
phim** id est angeli supremi. pre ceteris in dei caritate ardentes
concelebrant. simul maiestatem patris per filium laudando:
adorando: tremendo seu admirando **Aut laudis admirati-
onis 7 adorationis viam** prestando 7 materiam **Sic em** ne-
dum spiritus rationales. sed 7 vniuersa. dei opera. omnes
qz creature inter quas precipui sunt celi celorumqz virtutes
laudant diuinam maiestatem. Pro quanto in eis relucet ma-
gna 7 miranda eius opera. excellentiam dei attestantia **Con-
celebrant autem socia exultatione.** hoc est: comuni leticia. in
qua omnes beati consociantur **Nam hee laudes opera sunt**
beatorum fm illud. **Beati qui habitant in domo tua domi-
ne.** in secula seculorum laudabunt te. **Et nota qz** in hoc
opere diuine laudis notantur quattuor chozi angeloz. **In-**
fimus 7 supremus. angeli scilicet 7 seraphim. 7 duo medij **Do-**
testates 7 dominationes. In quibus tamen omnes angeli-
ci spiritus designantur: quonia si laudant infimi 7 supremi ac
medij: iam nullus omnino excluditur: qz vero specialiter di-
citur. dominationes adorant qui ab alijs venerantur: ideo
dicitur: quonia si hii qui ceteris dominant adorant. multo
magis hoc puenit subiectis: **Et si potestates** quia sua forti-
tudine triumphant contra demones: quorum potestati nul-
la terrena potestas comparatur. tremunt diuinam maiesta-
tem: certum est: qz hoc omnibus alijs spiritibus angelicis
inest. **Aliam etiam horum expositionem magis ad materi-
am huius sacramenti.** **Vide latius lec. 18.** Deinde p con-
clusionem prefationis: iungitur deuota supplicatio. admissi-
onis vocum nra 7 cu vocibz angeloz in diuina laudatioe **Cu**